



17
/.
2 *
3 *
4 *



1789.

1. * Ackermannius: Annotatio XIII. p. 1. ex adversariis juris judiciarii. Programma, quo ordinarius senior ceterisque assessores fac. jur. memoriam Ackermannianam indicunt.
2. * Bultscheff: Annotatio XIII. p. 4. ex adversariis juris judiciarii. Programma, quo decanus senior ceterisque assessores quatuor facultatum memoriam Bultscheffianam indicunt.
3. * Bornius: Annotatio XIII. p. 3. ex adversariis juris judiciarii. Programma, quo ordinarius senior ceterisque assessores fac. jur. memoriam Bornianam indicunt.
4. * Einsiedel, Georgius, S. R. T. Comitis de: Impugnatio studii parliam hinc inde in foro male recepti. Programma, quo ordinarius senior ceterisque doctores fac. jur. solennia doctoralia Georgii S. R. T. Comitis de Einsiedel indicunt.

1789 *

5. Anandtius, Franc. Gorpess: (De Disputatione
super causis illustribus a privato auctore ante
instituta). Programma, quo ordinarius senior
et ceteri doctores fac. jur. solennia doctoralia
Joannis Gorpessii Anandtii indicunt.
6. ^{*} Silbersteinus: Adantalis XIII p. 2 ex adversariis
juris judicariis. Programma, quo triam facultatem
Jocani seniores et reliqui assessores memoriam
Silbersteinianam indicunt.
7. Uffell, Hermannus Cordus, ab: Corollarium juris
Criminalis. XXV. Programma, quo ordinarius
senior ceterique assessores fac. jur. solennia
inauguralia Hermannii Cordii ab Uffell indi-
cunt.
8. Puelthmann, Th. Lud. Ern. fac. jur. pro cancellario:
Miscellaneorum Et jus pertinentiarum Specimen VII.
Programma, quo solennia doctoralia Christiani Ernesti
Weissii et Joannis Gorpessii Auclleri indicunt.

1789.

9. Baumgarten-Crusius, Gottlob Augustus: De lege
morali Mosæica.
10. Bienerus, Christianus Gottlob: Historia et jura sup.
pugni Electoralis Saxonici et Archimarchallatus
Saxi Romani imperii
11. Curbes, Conradus Fridericus: De finibus exceptionis
legis Anastasianaæ contra regulas
12. Green, August Frider. Legis mundus, fac. j. m. procur.
cellarum: An atenas heres factum de fundis im
pagare possit? Programma, quo solenniter dicta
ratio Caroli Augusti Sattleri indicit.
13. Hanbold, Christianus Gottlieb: De consistorio
principum juris Romani publici.
14. Hoedler, Christianus Henricus: De publicatione
locorum et desertionem a militibus.
15. Lutterbach, Francus Otto: De recursu a superioribus
imperii Romano Germanici Tribunalibus ad consi
lia genuino fundamen. fo.

1789.

16. Mueller, Johann Gottfried: De jure primariorum
precum ejusque exercitio. Spec. 2.

17. Mueller, Johann Gottfried: De jure primariorum
precum ejusque exercitio. Spec. 1.



[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page]



9960

1789, 8.

ORDINARIUS
SENIOR ET RELIQUI DOCTORES
FACULTATIS IURIDICAE
LIPSIENSIS

PROCANCELLARIO
IOS. LVD. ERN. PÜTTMANN

I. V. D.
CATHEDRALIS ECCLESIAE NÜMBURGENSIS CANONICO, PANDECT
PROF. ORDIN. ET COLLEG. ICTOR. ASSESSORE

SUMMOS IN IVRE HONORES
CVM SPE

SVO TEMPORE LOCVM IN COLLEGIO

OBTINENDI

PRAECLARISSIMIS CANDIDATIS

M. CHRISTIANO ERNESTO WEISSIO
LIPSIENSI

ET

M. IOANNI GOTFRIDO MÜLLERO
LVSATO

D. VI. IVNII MDCCCLXXXIX

COLLATOS

INDICVNT

MISCELLANEORVM
AD IVS PERTINENTIVM
SPECIMEN VII.

CAPVT XVIII.

Stricturae in inelytum Beccariae de delictis et poenis libellum.

Nullus fere hoc ipso, quo viuimus, seculo in publicum editus est liber, qui plurimum in se oculos hominum pertraxerit et animos, qui citius omnes Europae peruagatus provincias maiore exceptus sit plausu, qui magis per ora hominum latus et in lucem famamque prouectus fuerit, quam paruus ille BECCARIAE de delictis et poenis libellus, ad quem legendum et relegendum sese dederunt, quem non tanquam in Italia scriptum, sed tanquam de coelo delapsum, susceperunt fereque in oculis tulerunt, quotquot harum rerum gustum habere et de librorum pretio recte iudicare posse sibi videbantur. Vix anno huius seculi sexagesimo quarto Neapoli prodierat, cum mox in gallicam, germanicam et hispanicam linguam ^{a)} transferretur; cum eius auctori illud IUVENALIS: *Tertius e coelo cecidit Cato!* acclamaretur; cum ipsi principes ad hunc librum legendum suasque leges ex eo emendandas et corrigendas excitarentur, eumque in finem vetus illud: *Audite populi proceres, et reip. gubernatores*

A 2

tores

^{a)} Idem tamen liber ab inquisitione prohibitus relatus est, vt an. 1777. in hispanica damnatus et inter libros legi litteris publicis legimus.

tores auscultate! repeteretur. Adeo scilicet multis solus in his rebus sapere BECCARIA, ceteri volitare veluti umbrae videbantur. Nec profecto is ego sum, qui tanto viro haerentem multa cum laude in capite coronam inde detrahere, eiusue famam vel minima ex parte imminuere velim. Absit a me, longissime absit eiusmodi stultitia prauaque alienae famae infidiandi detrahendique libido. Semper mihi placuit illud PLINII *Ep. VI. 17.* Siue plus, siue minus, siue idem praestas, lauda vel inferiorem, vel superiorem, vel parem. Superiorem, quia, nisi laudandus ille est, non potes ipse laudari; inferiorem aut parem, quia pertinet ad tuam gloriam, quam maximum videri, quem praecedis vel exaequas.“

Quemadmodum autem nihil fere in hoc terrarum orbe ab omni parte perfectum est, ita in libro etiam BECCARIANO in sunt nonnulla, quae non modo ipse inde abesse mallet, sed quae dudum etiam alii in eo haud iniuria notarunt ac reprehenderunt. Iam cum, ut bene ait LVCELLIVS, virtus sit homini, scire id, quod quaeque habeat res, quae bona, quae mala; huic ut obtemperem praeepto, quid in libello BECCARIANO vel laudandum, vel culpandum esse videatur, particulatim exponere, eiusque rei hodie initium facere constitui. Quod antequam adgrediar, pauca de occasione, quae huic libello originem dedisse fertur, praemittere iuuabit. Nonnulli scilicet rem ita referunt. BECCARIAE VXORE quadam in villa in morbum incidente, ille duos ablegat medicos, qui aegrotanti opem ferrent atque auxilium. Hi duo Aesculapii cum per vallem aliquam iter facerent, a Sartorello, famoso latrone, inuaduntur et exsoliantur, moxque a BECCARIA damni, in itinere eius iussu suscepto accepti, restitutionem petunt. BECCARIA rem eo deducit, ut raptos inuestigarentur, et ecce! Sartorellusprehenditur. Adplicantur ei tormenta, sed, cum ea superasset nihilque confessus esset, rursus dimittitur. Breui interposita mora duo alii capiunt-

v

piuntur raptores, quos Sartorellus rapinae modo relatae socios habuerat. Hi cum Sartorello compositi rem omnem, uti gesta erat, enarrant, et Sartorellus, uti veritatis expugnatus, quidquid antea sub equuleo negauerat, fatetur. Haec res BECCARIAE occasionem scribendi librum suum auro contra pretiosum praebuisse dicitur *b*). Sed quidquid huius narratiunculae est, id mihi quidem fabulam magis, quam veram historiam sapere videtur. Si quis autem nouam libri BECCARIANI editionem, quae *Venetis* 1781. prodiit, *Tom. I. p. 267. c*) euoluerit, is supplicium anno huius seculi sexagesimo secundo in Gallia a famosissimo CALASIO infeliciter sumtum reapse BECCARIAE scribendi ansam dedisse reperiet. Sed haec obiter. Ad rem ipsam iam veniamus.

Primo igitur BECCARIA de toto genere humano vel ideo immortaliter meritis est, quod multis in capitibus, ad omnes quae pertinent homines, melius nos sapere, deteriusque veluti fuligine cum de multorum delictorum natura atque indole, tum de poenis iis conuenientibus rectius iudicare docuit. Quot non ille errores notauit veteres et inueteratos, qui, quasi decursu multorum seculorum spatio indeque nata praescriptione tuti essent, omnium fere infederant animis, quibusque extirpandis et euellendis vel centum praeclara vix sufficere videbantur ingenia? Quis quaeso contra tormenta, contra nimiam poenarum seueritatem et acerbiteratem, contra noxiam infamiae frequentiam, pluraque alia laesae humanitatis exempla grauius disertiusque disputauit, quam BECCARIA, qui, veluti nouus generis humani paedagogus, veteres auias de pulmonibus nostris reuellit, nosque rectam in viam, vnde proh dolor! longissime descueramus, reduxit?

A 3

Nec

b) Vid. WEHRLINI *Chronologien*, *Part. II. p. 143.* et Cel. I. F. PLITTI *Repertorium für das peinliche Recht*, no. 9.

c) Vbi occurrit *Anekdoto concernente l'origine del trattato dei delitti e delle pene.*

Nec parum laudis ideo meretur BECCARIA, quod libellum suum non more eorum, qui, ut in proverbio est, lapides loquuntur, sui que ingenii abortus sermonis etiam illuvis sordidos in publicum protrudunt, scripserit, sed stilo usus sit elegantissimo, limatissimo, planeque ita comparato, ut ad allucandos commouendosque legentium animos aptissimus esset. Verissime QUINTILIANVS *Inst. Or. II. 16. Ipsa vitae praecepta plus ad formandas mentes valent, quoties pulchritudinem rerum claritas orationis illuminat*; quod si dictum sibi existimarent omnes, qui aut de rebus sacris exponunt, aut aliis viam virtutis monstrare gestiunt, aut res ad iuris scientiam pertinentes tractant, nae plures inuenirent sectatores, nec toties stili aut sermonis barbarie lectores a scriptis suis veluti abigerent. Multi sane hodie ad scripta, quibus de rebus iuridicis exponitur, plane nauseant et stomachantur, neque id aliam ob causam, quam quod pleraque non modo res vulgares centiesque iam dictas continent, sed stilo etiam incomto, ne dicam barbaro, concinnata sunt. A BECCARIA autem eiusmodi liber vel ideo expectari vix poterat, quod nec studiis academicis sese addixerat, nec in huius rebus diu multumque elaborauerat d). Sed saepius intellectum est, viros iuris-

scien-

d) BECCARIA scilicet libellum suum anno aetatis vigesimo septimo scripsisse fertur. Vid. Conf. I. F. MALBLANK *Geschichte der P. G. O. Kais. Karls V. p. 234.* Ceterum haud ingratum, spero, erit lectoribus nostris, hic legere, quod de eo refert I. G. SYLZER in dem *Tagebuche einer in d. Jahren 1775. und 1776. gerhanen Reise (Lips. 1780.) p. 342.* Unter die schätzbarsten Männer, die ich in Mailand kennen gelernt, rechne ich den berühmten Marchese Beccaria, der durch sein fürtreffliches Werk über die Verbrechen und Strafen sich durch ganz

Europa, und durch seine Abhandlung über die Schreibart unter den Kunstrichtern einen Namen gemacht hat. Sein jetziges Amt hat ihn der gelehrten Welt entrissen. Er ist Prefetto dell' Annona, und hat als solcher mühsame und verdrißliche Geschäfte. — Er sagte mir, daß er schon lange den Stof zu einer zweiten Abhandlung über die Schreibart gesammelt habe, aber keine Zeit finde, ihn ordentlich zu bearbeiten. Sein Werk dei delitti würde ihm ohne den kräftigen Schutz des fürtrefflichen Ministers größte Verfolgung zugezogen haben.

scientiam proprie haud professos de legibus sapienter scribendis aut emendandis meliora dedisse consilia, quam illos, qui in iuris disciplina quasi tabernaculum vitae suae collocassent, cum quidem hi aut nimis antiquis inhaerent, aut compendiariam tantum imbibissent iurisscientiam.

Sane si, quidquid in BECCARIAE libello legitur, eius ex ingenio proflixisset, vix mihi temperarem, quin ipsi inter sapientes proximum post SOCRATEM locum adsignem, naturamque, quid efficere possit, in eo periclitari voluisse existimem. Adeo scilicet omnes fere boni scriptoris partes expleuit, paucique, eius in libro qui occurrunt, naevi cum ceterarum rerum praestantia, tum stili elegantia multum praeponderantur. Nunc autem ita comparatum est, ut, quidquid egregii habet BECCARIA, id propemodum omne a CICERONE, SENECA aliisque veteris aevi scriptoribus profectum, ab ipso autem in ordinem redactum et orationis luminibus distinctum fuerit, adeo, ut magna eius libelli pars magis ex praestantissimis veterum scriptorum praeceptis contexta et quasi consuta, quam proprius ingenii BECCARIANI partus esse videatur. Suum scilicet noster fecit illud
LVCRETH III. 11.

*Floriferis ut apes in saltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta,
Aurea, perpetua semper dignissima vita.*

Profecto non dico hoc detrahendi animo, nec nunc primum dico, sed idem iam pluribus abhinc annis quadam in diff. quae in *Sylog. var. opusc. p. 217.* legitur, professus sum, et ne temere dixisse videar, age, in rem praesentem iam veniamus, et speciminis saltem loco aliquot libri BECCARIANI capita cum fontibus, vnde manarunt, contendamus; quod optime, ni fallimur, fiet, si vna parte BECCARIAE effata, altera (e regione) fontes, vnde hausta fuere, posuerimus. Vos L. B. iam legite, et ipsi, rectene an secus sentiam, iudicate!

BECCA-

BECCARIA.

§. 4.

Il n'y a rien de plus dangereux que l'axiome commun, il faut prendre l'esprit de la loi. L'adopter, c'est rompre la digue, qui s'oppose au torrent des opinions.

cic. Lib. IX. Ep. 16. Omnia sunt incerta, cum a iure distesum est, nec praestari quidquam potest, quale futurum sit, quod positum est in alterius voluntate, ne dicam libidine.

SENECA de Ben. Lib. III. cap. 7. Quaecumque in cognitionem cadunt, comprehendi possunt, et non dare infinitam licentiam iudici, rel.

QVINTILIAN. Declam. 264. Priusquam rationem ipsius legis excutio, interim hoc dico, perniciosissimam esse civitati hanc legum interpretationem. Nam si apud iudicium hoc semper quaeri de legibus oportet, quid in his iustum, quid aequum, quid conueniens sit civitati, superuacuum fuit scribi omnino leges.

L. 21. D. de leg.

PAGAN. GAUDENTIVS Iurid. Exposit. Lib. I. c. 3. in Ott. Thef. Tom. III. p. 346.

§. 8.

La croyance, qui lui (au témoin) est due, doit se mesurer sur l'intérêt, qu'il a de dire, ou de ne pas dire la vérité.

cic. pro Quint. c. 18. Testes optimi sunt, quibus causa iustissima est, cur scire potuerint, nulla, cur mentiantur, et c. 28. qui et scire debent, et causam, cur mentirentur, non haberent.

La

La crédibilité du témoin est d'autant moindre, que le crime est plus atroce, ou les circonstances moins vraisemblables.

§. 9.

Les accusations secrètes sont un abus manifeste — Elles rendent les hommes faux et perfides.

18
cic. pro Rosc. Amerin. c. 22.
In quo scelere etiam cum multae causae convenisse unum in locum, atque inter se congruere videntur, tamen non temere creditur, neque levi coniectura res penditur, neque testis incertus auditur, neque accusatoris ingenio res iudicatur. Cum multa antea commissa maleficia, tum vita hominis perditissima, tum singularis audacia ostendatur, necesse est: neque audacia solum, sed summus furor, atque amentia. Haec cum sint omnia, tamen exstent oportet expressa sceleris vestigia, ubi, quae ratione, per quos, quo tempore maleficium sit admissum, quae nisi multa et manifesta sunt, profectio res tam scelerata, tam atrox, tam nefaria credi non potest.

LUCIANVS in libr. non temere credendum esse delationi: Delationum opera iam et eversae domus sunt et urbes vastatae funditus, patresque in furorem acti contra liberos, et contra fratres germani, et liberi adversus parentes, et contra amatores suos amasti. Multae vero etiam amicitiae rescissae, et confusae domus sunt ab illa calumniarum probabili specie.

SENECA de Ira II. 29. Hic ipse, qui ad te detulit, desinet dicere, si probare debuerit. Non est, inquit,

B

§. 12.

§. 12.

La torture est un sur moyen de condamner les innocens foibles et d'abfoudre les scélérats robustes.

quod me protrahas: ego productus negabo: alioqui nihil unquam tibi dicam. Eodem tempore et instigat. et ipse se certamini et pugnae subtrahit. Qui dicere tibi nisi clam non vult, pene non dicit.

QVINTILIANVS *Inst. Or. V. 4.* Pars altera quaestionem vera fatendi necessitatem vocat, altera saepe etiam causam falsa dicendi, quod aliis patientia facile mendacium faciat, aliis infirmitas necessarium.

L. 1. §. 23. *D. de quaest. Res est fragilis et periculosa, et quae veritatem fallat. Nam plerique patientia siue duritia tormentorum ita tormenta contemnunt, ut exprimi eis veritas nullo modo possit: alii tanta sunt impatientia, ut in quovis mentiri, quam pati tormenta velint: ita fit, ut etiam vario modo fateantur. ut non tantum se, verum etiam alios comminentur.*

L. 15. *D. eod.*

§. 15.

La fin de l'établissement des peines ne sauroit être de tourmenter un être sensible, ni de défaire un crime déjà commis. — Les cris d'un malheureux dans les tourmens peuvent-ils rapeller du passé, qui

PLATO ap. SENEC. *de Ira I. 16.* Nemo prudens punit, quia peccatum est, sed ne peccetur. Revocari enim praeterita non possunt, futura prohibentur.

SENECA *ib. II. 31.* Ne homini quidem nocebimus, quia peccavit, sed ne peccet. Nec unquam ad praeterne



ne revient plus, le crime, qu'il a commis? Aussi convient-on, que l'objet des peines est d'empêcher le coupable de nuire désormais à la société, et de détourner ses concitoyens de commettre des crimes semblables. — Pour qu'une peine produise son effet, il suffit que le mal, qu'elle cause, surpasse le bien, qui revient du crime. — Toute sévérité, qui passe ces limites, est inutile, et par conséquent tyranique.

§. 16.

La peine de mort n'est autorisée par aucun droit. Elle ne peut être qu'une guerre de la nation contre un citoyen, dont on regarde la destruction comme utile et nécessaire à la conservation de la société. — La mort d'un scélérat sera un frein moins puissant du crime, que le long et durable exemple d'un homme privé de sa liberté, et devenu un animal de service, pour réparer par les travaux de toute sa vie le dommage, qu'il a fait à la société.

itum, sed ad futurum poena referretur. Non enim irascitur, sed cauet.

CIC. de Off. I. 11. Est enim ulciscendi et puniendi modus: atque haud scio, an satis sit, eum, qui lacefferit, iniuriae suae poenitere, ut ipse ne quid tale posthac, et caeteri sint ad iniuriam tardiores. Conf. SENeca de Clem. I. 22.

(Idem iam dixerat GEO. BEYER in Opusc. quae Lipsiae 1723. prod. p. 368.)

HORATIUS Sat. I. 3. 76. et 117 §.

CIC. de Off. I. 24.

AMM. MARCELLINVS XXVIII. I.

CIC. Catil. IV. 4. Alter (Caesar) intelligit, mortem a diis immortalibus non esse supplicii causa constitutam, sed aut necessitatem naturae, aut laborum ac miseriarum quietem esse. Itaque eam sapientes nunquam inuiti, fortes etiam saepe libenter oppetuerunt: vincula vero, et ea sempiterna, certe ad singularem poenam nefarii sceleris inuenta sunt.

SENECA TRAG. in Agam. v. 985.

Rudis est tyrannus, morte qui poenam exigit.

AVIDIVS CASSIVS ap. VVLE.

GALLIC. in vit. eius cap. 4. Maius exemplum est viventis miserabiliter criminosis, quam occisi.

B 2

Si

Si l'on m'oppose, que pres- que tous les siècles et toutes les nations ont décerné la peine de mort contre certains crimes, je reponds, que cet exemple n'a aucune force contre la vé- rité, à laquelle on ne peut op- poser de prescription.

§. 18.

La peine d'infamie ne doit point être trop fréquente, parce que l'emploi trop répété du pouvoir de l'opinion affoiblit la force de l'opinion même. L'infamie ne doit pas non plus tomber sur un grand nombre de personnes à la fois, parce que l'infamie d'un grand nom- bre n'est bientôt plus l'infamie de personne.

§. 19.

Plus la peine sera prompte et voisine du delit, plus elle sera juste et vtile. Un autre moyen servira efficacement à resserrer de plus en plus la liaison qu'il

*etc. de diuinat. lib. II. c. 33. Er-
rabat in multis rebus antiquitas,
quam vel usu iam, vel acostrina, vel
vetustate immutatam videmus.*

*ARNOBIUS adu. gent. lib. I. Anti-
quiora, inquitis, ac per hoc fidei et
veritatis plenissima. Quasi vero er-
rorum non antiquitas plenissima ma-
ter sit.*

*TERTULLIAN. in Apolog. Le-
ges non annorum numerus, nec con-
ditorum dignitas, sed sola aequitas
commendat, atque ideo, si iniquae
cognoscuntur, merito damnantur.*

*SENECA de Clem. I. 21. Minus
gravis nota est, quam turba dama-
torum leuat, et severitas, quod ma-
ximum remedium habet, assiduitate
amittit auctoritatem.*

*L. 5. C. de cust. reor. De his,
quos tenet carcer inclusos, id aperta
definitione sancimus, ut aut conuictos
velox poena subducat. aut liberan-
dos custodia diuturna non maceret.*

impor-

importe tant d'établir entre l'idée du crime et celle de la peine: ce moyen est que la peine soit, autant qu'il se peut, analogue et relative à la nature du délit, c'est-à-dire, qu'il faut, que la peine conduise l'esprit à un but contraire à celui vers lequel il étoit porté par l'idée séduisante des avantages qu'il se promettoit: ce qui facilitera merveilleusement le contraste de la réaction de la peine avec l'impulsion au crime.

§. 20.

Le meilleur frein du crime n'est pas la sévérité de la peine, mais la certitude d'être puni. — La certitude d'un chatiment modéré fera toujours une plus forte impression, que la crainte d'une peine plus sévère jointe à l'espérance de l'éviter. — Faire voir aux hommes, que le crime se pardonne, et que la peine n'en est pas toujours la suite nécessaire, c'est nourrir en eux l'espérance de l'impunité, et leur faire croire, que les peines, que subissent ceux, à qui

cic. de leg. III. c. 20. Noxiae poena par esto, ut in suo vitio quisque plebatur: vis capite: auaritia multa: honoris cupiditas ignominia sanciantur.

SALVIANVS de Gub. Dei Lib. VII. Nam et homicida, cum a iudice occiditur, suo scelere punitur, et latro aut sacrilegus cum flammis exurit, suis criminibus concrematur.

MONTESQUIVS Lib. XII, cap. 4.

cic. pro Milon. c. 16. Quis ignorat, maximam illecebram esse peccandi impunitatis spem?

id. in Verr. III. 76. O consuetudo peccandi! quantam habes iucunditatem in improbis et audacibus, cum poena absuit et licentia consecuta est?

P. SYRVS:

Nisi vindices delicta, improbitatem adiuvant;

Qui dubitat ulcisci, improbos plures facit;

Qui culpae ignoscit uni, suadet pluribus.

SYMMACHVS II. 33. Vnum est, quod mea petitio et ceterorum vota

B 3

on

on ne pardonne point, sont plutôt des actes de violence et de force, que des actes de justice.

§. 21.

Le lieu de la peine ne peut être que celui, où s'est commis le crime, parce que c'est là seulement, et non ailleurs, que les hommes sont forcés de faire du mal à un particulier pour prévenir le mal public.

§. 24.

Si Dieu à établi des peines éternelles contre ceux qui résistent à ses volontés, quel sera

desiderant, ut pro iustitia tua inultum esse non finas, quod exemplo gravissimum erit, nisi ausus aliorum vehemens poena compresserit.

ARNOBIUS *adu. gent. Lib. VII.*
Crescit multitudo peccantium, cum redimendi peccati spes datur, et facile itur ad culpas, ubi est venalis ignoscentium gratia.

L. 28. §. 15. D. de poen. Famosos latrones in his locis, ubi grassati sunt, furca figendos, compluribus placuit: ut et conspectu deterreantur alii ab iisdem facinoribus, et solatio sit cognatis et adfinibus interemptorum eodem loco poena reddita, in quo latrones homicidia fecissent.

L. 7. §. 4. et 5. D. de accusat. D. Pius rescripsit, seruos ibi puniendos, ubi deliquisse arguantur, dominumque eorum, si velit eos defendere, non posse reuocare in prouinciam suam, sed ibi oportere defendere, ubi deliquerint, rel.

CIC. pro Mil. c. 32. Non fuisse credo fas neque ullo in loco potius mortem eius lacerari, quam in quo vita esset damnata.

LACTANTIUS *ad Pentadium c. 53. Sed haec facere se dicunt, ut deos suos defendant. Primum, si*
Pin-

l'insecte assez hardi pour venir au secours de la justice divine, et pour entreprendre d'aider dans ses vengeances, l'Etre infini, qui se suffit à lui-même, qui ne peut recevoir des objets aucune impression de plaisir ou de douleur, et qui seul dans la nature agit sans éprouver de réaction.

§. 30.

D'autres écrivains ont fait voir les inconvénients qu'il y a ne pas distinguer les peines des vols adroits, et à faire cette équation absurde de la vie d'un homme avec une certaine somme d'argent. Ces choses sont de nature absolument différentes; et il est certain, en politique comme en mathématique, qu'entre des qualités hétérogènes il y a une distance infinie.

§. 35.

Le suicide est un délit, qui semble ne pouvoir être soumis à une peine proprement dite, puisqu'elle ne pourroit tomber

dii sunt et habent aliquid potestatis ac numinis defensione hominis patrocinioque non indigent, sed seipfos utique defendunt. Aut quomodo ab iis homo sperare auxilium potest, si ne suas quidem iniurias possunt vindicare. Stultum igitur et vanum, deorum esse vindices velle, nisi quod ex eo magis adparet diffidentia.

MONTESSQUIEU XII 4. Il faut faire honorer la Divinité et ne la venger jamais.

IVSTINIANVS in Nou. 134. c. 13. *Pro furto nolumus omnino quodlibet membrum abscindi, aut mori, sed aliter reum castigari, rel.*

(Iam PARIS DE PUTEO dixit, FRIDERICVM II. Imp. in orco ideo cruciari, quod eos, qui quinque solidos furati essent, ad laqueum damnauerit. A. ZAVSERS Gedanken über einige Punkte des K. R. p. 64).

*cit. de Off. I. 31.
L. 6. §. 7. D. de iniust. rupt.
L. 22. C. de poen.*

que

que sur un corps froid et sans vie, ou sur des innocens. — Celui qui renonce tranquillement à la douceur de vivre, qui hait assez son existence ici bas pour braver l'idée d'une éternité malheureuse, ne sera pas arrêté par des considérations beaucoup moins fortes, et beaucoup plus éloignées.

§. 36.

Regle générale. Dans tout délit, qui par sa nature doit nécessairement et souvent demeurer impuni, la peine est un aiguillon au crime.

§. 41.

Il vaut mieux prévenir les crimes, que de les punir. — Voulez-vous prévenir les crimes? Faites, que les loix soient claires et simples. — Le moyen le plus sûr, mais le plus difficile de rendre les hommes meilleurs, est de perfectionner l'éducation.

Mortem haud timens nihil timet.
SENECA *Agam. v. 580. sq.* SENECA
ad Helu. c. 13. P. SYRVSU. 422.
SIMPLICIUS *ap. STOBAEVM p. 174.*

TIBERIUS *apud TACITVM Ann. III. 53.* *Nestio, an suafurus fuerim, omittere potius praeualida et adulta vitia, quam hoc adsequi, ut palam fieret, quibus flagitiis impares essemus.*

PERIANDER: *Non tantum in eos, qui peccant, animaduerte, sed et illos, qui nocere iam parant, prohibe.*

P. SYRVS: *Res bona est, non exstirpare sceleratos, sed scelera.*

Deut. XXVII. 7. *Omnia legis verba expresse et clare scribitote.*

L. 9. C. de leg. *Leges, quae constringunt hominum vitas, intelligi ab omnibus debent, ut vniuersi, praescripto eorum manifestius cognito, vel inhibita declinent, vel permissa seruentur.*

§. 42.

SALVIANVS de Gub. Dei Lib. VI.
Nemo malus, nisi stultus. Si enim
saperet, bonus esse mallet.

§. 42.

Pour qu'une peine ne soit une violence elle doit être publique, prompte, nécessaire, la moindre qui soit possible dans les circonstances données, proportionnée au délit, et fixée par la loi.

SENECA de Ira III. 19. Quid tam inauditum, quam nocturnum supplicium? Cum latrocinium tenebris abscondi soleat, animaduersiones, quo notiores sunt, plus ad exemplum emendationemque proficiunt.

IDEM de Clem. I. 17. Morbis medemur, nec irascimur. Atqui et morbus animi mollem medicinam desiderat, ipsique medentem minime infestum aegro. Mali medici est, desperare, ne curet. Idem in his, quorum animus affectus est, facere debet, cui credita salus omnium est, non cito spem proicere, nec mortifera signa pronunciare. Nulli regi gloria est ex saeva animaduersione. At contra maxima, si vim suam continet, si multos irae alienae eripuit, neminem suae impendit.

Iam rogo omnes, qui haec legerint, annon maximam inter haec BECCARIAE (si non omnia, certe pleraque) enunciata illosque veterum scriptorum locos conuenientiam sentiant, simulque fontes, vnde dicta sua hauserit BECCARIA, apertos et quasi ante oculos positos videant. Cum enim nullo modo verosimile sit, tantum inter tot diuersorum scriptorum sententias forte fortuna existisse concentum, nihil omnino superest, nisi
UT BECCARIAM, vtpote aetate inferiorem, antiquiores secutum
C esse,

esse, eorumque latices suum in fundum deriuasse dicamus. Equidem eandem in rem multo plura proferre possem exempla, quippe qui aliquot abhinc annis animi causa totum BECCARIAE libellum in linguam latinam transtuli, quam versionem cum relego, multis partibus non BECCARIAM, sed CICERONEM, SENECAM aliosque, quorum scriptis ille vsus est, legere mihi videor. Sed vel haec, quae iam protuli, specimina ad probandum id, quod mihi propositum erat, abunde sufficere videntur. Deinde nec inter recentiores defuere, qui iam ante BECCARIAM veteres nonnullos, in iurisprudentiam criminalem qui irrepserant, errores notarent. Ita e. g. contra tormenta grauiter iam dixerat THOMASIVS, nec non H. G. VAN VRYHOFF, cuius verba, quae hic legantur, dignissima sunt. Animus, inquit e), horret, quoties in eam cogitationem mente feror, quanta pericula possint ciuibus nostris ingruere, quot tormentis exponi queant innocentissimi mortales ex male intellecto Rom. iure. At apud Romanos rarissime, et non nisi in grauissimis et paucissimis criminibus, torquebantur homines liberi. Sed, ne mihi fidem habeatis, percurrite quaeso totum Dig. tit. de quaest. et statim adparebit, fere omnes, quae ibi habeantur, leges tantum loqui de seruis, in quos a Romanis multa aequo crudeliora statuta esse, nemo harum rerum vel leuiter peritus facile negauerit. Quid est igitur perniciosissime errare, si non hoc sit? Vosne audetis ad homines liberos, ciues atque ingenuos, adplicare ea, quae a Quiritibus tantum in seruos, et quidem nimis crudeliter, sunt constituta? Vosne, omni spreata humanitate, audetis tam temere decernere quaestionem, quam sola necessitas vix excusat? Parco pluribus, maxime cum ipse BECCARIA nunc MONTES-

QVIVM

e) In Or. qua ostenditur, interioremem omnino esse necessariam, eiusd. Obs. iur. rom. notitiam in foro versaturis cin. adiecta, p. 14.

QVIVM secutum se esse, nunc alios idem iam antea dixisse, haud obscure prae se ferat, immo §. 1. et 30. aperte fateatur.

Magnopere autem erraret, qui BECCARIAM ideo culpandum, eiusue librum minoris aestimandum duxerit. Praeterquam enim, quod difficillimum est, huiusmodi in rebus, quas ipsa natura sanaque ratio omnes, qui aequo iudicare possunt Ioue, homines docet, aliquid proferre, quod non dictum sit prius, praestat sane, longissime praestat, veterum sapientum legere vestigia, quam noua proferre somnia, quorum eheu! hoc aeuum feracissimum est. Puduitne CICERONEM aut alios, quorum scripta ad nos transmisit antiquitas, priores sequi scriptores, palamque, a quibus profecerint, profiteri? Audi quaeso CICERONEM de Off. I. 2. *Sequemur igitur hoc quidem tempore et hac in quaestione potissimum Stoicos; non ut interpretes, sed, ut solemus, e fontibus eorum iudicio arbitrioque nostro quantum, quoque modo videbitur, hauriemus, itemque III. 2. Panaetius igitur, qui sine controuersia de officiis accuratissime disputauit, quemque nos, correctione quadam adhibita, potissimum secuti sumus, nec non AFRANIVM apud MACROBIUM Saturnal. Lib. VI. cap. 1. Fateor, sumsi, ut quisque habuit, quod conueniret mihi, quodque me non posse melius facere credidi; quod cum scriberet, ante oculos, ni fallor, habuit illud TERENCE: Quae conuenere, fatetur transtulisse atque usum pro suis.*

Et quid? Nonne auctor etiam celeberrimae legis, quae *Const. Crim. Carolin.* vulgo dicitur, pluscula ex CICERONE, QVINTILIANO, ipsoque iuris romani corpore, fontibus etfi haud indicatis, sumsit, iisque est vsus pro suis? quam in rem nonnihil iam monuit *Conf. 1. F. MALBLANK in historia CCC. p. 129.* vbi cum huius *Art. 25. Cic. de Inuent. II. 13. nec non Topic. c. 12. et de Orat. II. 40. cum Art. 48 — 60. autem Rhetor. ad Herenn. II. 7. Orat. partit. c. 14. et QVINTILIAN. Inst. Or. V. 4.*

conferre iubet f); cumque ipse similia nonnulla obseruauerim exempla, quidni ea vobiscum L. B. communicarem? Nae enim his etiam in rebus integros iuuat accedere fontes.

C. C. C.

Art. XI.

So soll derselbige Ankläger die Uebelthat und derselben redlichen Argwohn und Verdacht, die peinliche Straf auf ihn tragen, zuerst ansagen.

Und ist dabey sonderlich zu merken, daß die Gefängniß zu Behaltung, und nicht zu schwerer, gefährlicher Peinigung der Gefangenen sollen gemacht und zugerichtet sein.

CIC. pro Coel. c. 3. *Accusatio crimen desiderat, rem ut desinat, hominem ut notet, argumento probet, teste confirmet.*

L. 8. §. 9. *D. de poen. Carcer ad continendos homines, non ad puniendos haberi debet. Conf. l. 1. C. de cust. reor.*

Art. XXII.

Es ist auch zu merken, daß niemand auf einigerley Anzeigung, Argwohn, Wahrzeichen oder Verdacht endlich zu peinlicher Straf soll verurtheilt werden.

L. 5. *D. de poen. Sed nec de suspicionibus debere aliquem damnari, D. Traianus rescripsit; satius enim esse, impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnare.*

Art. XXV.

Erstlich (soll man Erfahrung haben), ob der Verdachte eine solche verwegene oder leichtfertige Person von bösen Leumuth und Gerüchte sey,

ASC. PEDIANVS in arg. act. in Verr. p. 67. *Pleraque crimina ex antea vita saepe firmanur. Sumitur etiam hinc saepe defensio. Omnis dasi*

f) Eodem pertinet Cel. l. c. QVI-STORPII Comm. v. d. vorzüglichsten Stellen d. Röm. und Canon. Rechts, auf

welche in d. P. G. O. Beziehung gemacht wird, in eiusd. Beitr. P. III, cap. 14.

daß man sich der Missethat zu ihr versehen möge, oder ob dieselbige Person dergleichen Missethat vormals geübet, unterstanden habe, oder beziehen worden sei?

Zum vierdten: Ob die verdachte Person bey solchen Leuten Wohnungen oder Gesellschaft habe, die dergleichen Missethat üben.

Art. XXVI.

So einer mit dem andern um groß Gut rechet, die dazu den mehrern Theil seiner Nahrung, Haab und Vermögens anrisset, der wird für einen Mißgönner und großen Feind seines Widertheils geacht. Darum, so der Widertheil heimlich ermordet wird, ist eine Vermuthung wider diesen Theil, daß er solchen Mord gethan hab.

Art. LVI.

Solches wird damit verderbet, wann dem Gefangenen in Ansehmen oder Fragen dieselben Um-

enim confirmatio ab attributis personae et negotio sumi solet. Ergo attributa personae maxime in anteaacta vita quæri solent, negotium in ipso crimine.

cic. de Senect. c. 3. Pares cum paribus, veteri proverbio, facillime congregantur. Conf. QUINTIL. Inst. Or. V. 11.

cic. pro Rosc. Amerin. c. 31. Restat, ut hoc dubitemus, uter potius Sex. Roscium occiderit: is, ad quem morte eius diuitiæ venerint, an is, ad quem mendicitas? is, qui antea tenuis fuerit, an is, qui postea factus sit egentissimus, is, qui ardens auaritia feratur infestus in suos, an is, qui semper ita vixerit, ut quæstum nasset nullum, fructum autem eum solum, quem labore peperisset; is, qui omnium sectorum audacissimus sit, an is, qui propter fori iudiciorumque insolentiam non modo subfellia, verum etiam urbem ipsam reformidet: postremo, id quod ad rem mea sententia maxime pertinet, utrum inimicus potius, an filius?

L. I. §. 21. D. de quaest. Qui quaestionem habiturus est, non debet specialiter interrogare, an Lüste

stände der Missethat vorgelegt, und darauf gefragt werden.

Art. CXL.

So einer jemand mit einem tödtlichen Woffen oder Wehr überläuft, ansicht oder schlägt, und der benötigt kann füglich ohne Fährlichkeit oder Verletzung seines Leibs, Lebens, Ehr und guten Leumuths nicht entweichen, der mag sein Leib und Leben ohn alle Straff durch eine rechte Gegenwehr retten: Und so er also den Benötthiger entleibt, ist er darum nichts schuldig.

Art. CXLVI.

So einer ein ziemlich, unverbotten Werk an einem Ende oder Ort, da solche Werk zu üben ziemlich ist, thut, und dadurch von ungeschickten ganz ungefährlicher Weiß wider des Thäters Willen jemand entleibet, der selbige wird in viel Weg — entschuldigt. Und damit dieser Fall desto leichter verstanden, setzen wir diese Gleichniß: Ein Barbierer schieret einem den Bart in seiner Stuben, als gewöhnlich zu scheren ist, und wird durch einen also gestossen oder geworfen, daß er dem, so er schieret, die Gurgel wider seinen Willen

civ. Titius homicidium fecerit, sed generaliter, quis id fecerit; alterum enim magis suggerentis, quam requirentis videtur.

cio. pro Mil. c. 4. Est haec non scripta, sed nata lex: quam non dicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripimus, hausimus, expressimus: ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus: ut, si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, si in tela aut latronum, aut inimicorum incidisset, omnis honesta ratio esset expediendae salutis.

L. 3. D. de iust. et iur.

L. 45. §. 4. D. ad L. Aquil.

L. 7. §. 4. D. ad L. Aquil. Si quis in collustratione, vel in pancratione, vel pugiles dum inter se exercentur, alius alium occiderit, si quidem in publico certamine, cessat Aquilia: quia gloriae causa et virtutis, non iniuriae gratia videtur damnum datum.

L. 11. D. eod. Item Mela scribit, si, cum pila quidam luderent, vehementius quis, pila percussa, in tonsoris manus eam deiecerit, et sic serui, quem tonsor radebat, gula sit praecisa adiecto cultello, in quocunque eorum culpa sit, eum lege abscinei-

abschneidet. Ein ander Gleich-
niß — Diese beyde seyn entschuldigt.
Unterstände sich aber der Bar-
bierer an der Gassen, oder sonst an
einer ungewöhnlichen Statt, jemand
zu scheren; oder — der Thäter kei-
ner wird gnug entschuldigt.

*Aquila teneri: Proculus, in tonsore
esse culpam. Et sane, si ibi tonde-
bat, ubi ex consuetudine ludebatur,
vel ubi transitus frequens erat, est,
quod ei imputetur.*

Suppetarent quidem non modo plura, sed fortasse etiam
illustriora eius rei exempla. Sed haec speciminis loco in prae-
senti sufficiant. Iam ad BECCARIAM redeamus.

Etsi igitur nequaquam omnia, quae hic habet, egregia
ipsum ex ingenio profluxerunt, vel sic tamen suo sibi libello
exegit

*Monumentum aere perennius,
Regalique situ pyramidum altius,
Quod non imber edax, non Aquilo impotens
Possit diruere, aut innumerabilis
Annorum series et fuga temporum.*

Maluit quondam SCALIGER duas composuisse HORATII odas,
quibus totius Tarraconensis rex fieri. Ego vero SCALI-
GERO odas illas relinquerem, eumque voti sui compotem fieri
viderem, modo ipse aureolum BECCARIAE libellum (paucis tan-
tum detractis naeuis) scripisssem. Sane, hunc ego trium-
phum

*Ducere maluerim, quam ter Capitolia curru
Scandere Pompeii, quam frangere colla Iugurthae.*

Risum saepe mihi mouent nonnulli recentiorum, qui belluli
sibi videntur et ingeniosi, reapse autem vix inter proletarios et
capite censos numerum faciunt; risum, inquam, mihi mouent,
cum palam profiteri haud erubescunt, omnem sapientiam in
suo latere ingenio, omniaque, veteres quae dixerint aut scrip-
serint,

ferint, nihil ad se pertinere: mera haec esse crepundia, pueris in scholis degentibus relinquenda, viris autem (tanta scilicet, qua ipsi pollent, sapientia) plane indigna. Sed bonum factum, quod eorum errorem dudum, refellit P. BVRMANNVS in *Or. pro litteratoribus et grammaticis* (Leidae 1732.) et nuper denuo celeberrimus CHRISTOPH. SAXIVS in *laudatione C. A. Dukeri*, quae legitur in calce *Paris VI. Onomast. litterar. Trai. ad Rh.* 1788. editae.

Mihi certe BECCARIA maxima potius laude, quam reprehensione dignus ideo videtur, quod non suo tantum Marte sapere voluerit, sed, quaecunque vsquam inuenisset egregia, ea sollertissime colligere, stiloque elegantissimo exornata cum toto genere humano, cuius maxime interest, communicare haud dedignatus fuerit. Equidem vix mihi tempero, quin, quod CICERO de *Or.* I. 44. de XII. Tab. scribit, ad librum BECCARIANVM transferam: *Fremant omnes licet, dicam quod sentio, bibliothecas mehercule omnium philosophorum vnus mihi videtur licce libellus, si quis fontes et capita viderit, et auctoritatis pondere et utilitatis vbertate superare.*

Iam postquam de libelli BECCARIANI virtutibus diximus, restat, de naeuis etiam maculisque in eo latentibus differamus; quod cum haec charta haud capiat, id ipsum alii occasione et tempori referuamus; in praesenti autem, vestra L. B. pace, pauca ad notitiam eiusdem libelli litterariam pertinentia adii-cimus.

Princeps scilicet editio (quantum quidem scio) hocce prod. titulo: *Marchese de Beccaria, Dei delitti e delle pene*, 1764. *Napoli* 8. nouissima autem hoc: *Dei delitti e delle pene. Edizione nouissima, di nuouo corretta ed accresciuta, coi Commentii de Voltaire, consultazioni ed altri opuscoli interessanti di vari autori. Tom. II. in Venezia* 1781. (cura Rinaldi Benuenuti). Recentior quidem editio indicatur in *d. Allgm. Bücher-Verzeichniß an. 1785. p. 215. Dei delitti e delle pene.*

pene. Ediz. nuoua II. Tom. 8. in Venezia et Lipsia 1785. Vereor autem, ne titulus tantum mutatus, annoque 1781. annus 1785. substitutus fuerit.

In linguam Gallicam fidelissime elegantissimeque translatus est a VOLTARIO: *Traité des délits et des peines, traduit de l'italien, d'après la troisième édition, revue, corrigée et augmentée par l'auteur* (sine ment. loci) 1766. Acc. *Commentaire sur le livre des délits et des peines, par un Avocat de Province*, 1766. 8.

Idem liber repetitus esse fertur Philadelphiae, chez John Robert, Imprimeur du congrès general, 1775. Sed, ni fallor, hic etiam titulus confictus, emtoribusque fucus factus est.

Varias inter versiones germanicas recentissima est: *Des Marguis von Beccaria Werk v. V. u. Str. von neuem verb. u. verm. nebst dem Commentar des Voltaire, Widerlegungen und andern interessanten Werken versch. Verf. 2. B. Breslau 1788. 8.*

Es scriptoribus, qui BECCARIAM partim laudarunt, partim reprehenderunt, in praesenti hos tantum nominamus:

MYART DE VOUGLANS *Refutation des principes hazardés dans le traité des délits et des peines, Lausanne 1767.*

G. H. AYRER *Comm. ad Beccar. consil. de delict. prud. legislator. cauendis. Erf. 1768.*

C. F. SCHOTT *Obs. de del. et poen. ad recentiff. libell. ital. de hoc argument. Tub. 1767. et inter eius diff. iur. nat. Tom. II. no. 17.*

I. E. F. SCHALL *von Verbrechen und Strafen. Eine Nachlese und Berichtigung zu dem Buche des Marchesen Beccaria dieses Inhalts. Leipz. 1779.*

Ad reliquos quod attinet, suo quemque laudabimus loco.

D

Haec

=

Haec praefari placuit, cum indicendi essent honores,
 VIRIS PRAECLARISSIMIS ATQVE CONSVLTISSIMIS
 M. CHRISTIANO ERNESTO WEISSIO

LIPSIENSI

ET

M. IOANNI GOTFRIDO MÜLLERO

LVSATO

qui suo tempore locum in Collegio nostro obtinebunt, a nobis collati. Et ne quem lateat ratio, qua vitam suam, laudabiliter adhuc actam, instituerint, iuuabit audire ipsos ea de re ita exponentes.

Et primo quidem Conf. c. E. WEISSIVM:

Natus sum Lipsiae, patre CHRISTIANO FELICI WEISSIO, matre CHRISTIANA, ZACHARIAE PLATNERI filia, qui optimi parentes me ab ineunte aetate praeceptoribus domesticis instituendum tradiderunt. Et prima quidem litterarum rudimenta Dasdorfus, cuius amicitiam maxime suspicio, me docuit. Cum autem hic Dresdnam euocatus esset, locum eius BÖTTCHERVS occupavit, qui optimus studiorum meorum comes decem per annos fuit; quo duce etiam in Academia usus sum, postquam BORZIO Rectore inter cives huius litterarum vniuersitatis receptus eram. Mea autem studiorum academicorum ratio haec fuit, ut primum, quae ad omnes alias disciplinas viam muniunt, litteris graecis et latinis operam darem. Quapropter scholas MORI, CLODII et BECKII, graecos latinosque scriptores illustrantium, frequentavi. Simul etiam REIZIVM, virum longe praestantissimum, adi, ut latine dicendo scribendoque apud eum exercerer. In philosophicis PLATNERVM secutus sum, auunculum summa pietate colendum. In mathematicis a GEHLERO et HINDENBURGIO, in historicis a SEGERO, WENKIO et ARNDIO profeci. Cum iam studiorum specimen a me edendum esset, disputationem SCHREITERI, viri doctissimi mihique amicissimi, de autonomia
 litte-

litteraturae in auditorio philosophorum defendi, quo facto totus ad iuris scientiam me contuli. Iuris naturae praecepta SAMMETIVS et SEGERVS me docuerunt. In iure ciuili et feudali usus sum doctrina BIENERI, in iure germanico, canonico et criminali SCHOTTI, viri per totam Germaniam celeberrimi. Historiam iuris a IVNGHANSIO, processum iudicarium a KIN-DIO, et artem relatoriam ab EINERTO percepi. Iuris publici, iuris privati Principum, et iuris cameræ principia SEGERVS, SIGMANNVS, RAVIVS et ROESSIGIVS mihi tradiderunt. Hoc litterarum spatio confecto, animus mihi erat primam in utroque iure lauream consequendi. Quamobrem Commentatio de legibus, post perfectam potestatis territorialis in Germania plenitudinem ingenio populorum salubrius accommodandis, a me ad disceptandum proposita fuit. Habitis insuper consuetis pro candidatura lectionibus ad primum tentamen admissus fui, in quo ab Illustri Ictorum Ordine omnino et prae ceteris dignus iudicatus, et Baccalaurei dignitate ornatus sum. Non multo post Magisterii honores ab Amplissimo Philosophorum Ordine impetraui. Antequam autem animum ad docendum adpellerem, Göttingam profectus sum, ut ibi adhuc per aliquod tempus iuri publico et historicis disciplinis operam darem. Quam ob causam PÜTTERVM et GATTERERVVM, viros de hoc litterarum genere meritisimos, sectatus sum. Non potui autem mihi temperare, quin hanc occasione arriperem, HEYNIVM, archaeologiam et antiquitates graecas tradentem, et FEDERVM, logicen et metaphysicem explicantem, audiendi. In patriam reuersus per disputationem de Dynastiis Germaniae facultatem docendi mihi comparauit, atque etiam sequente semestri lectiones iuridicas et historicas haud infelici successu instituit. Hoc anno Illustrem Ictorum Ordinem ea, qua par est, obseruantia rogavi, ut summos iuris scientiae honores mihi tribueret, qui precibus meis ea lege annuit, ut consueto tentamini, quod rigorosum vocant, me subicerem.

Secundo autem loco Conf. I. G. MÜLLERVVM:

Equidem, IOANNES GODOFREDVS MÜLLER, Ebersbaci, qui est pagus Lusitiae Superioris et Bohemiae confinis, a. MDCCCLVII. natus solertique ac prouida parentum proborum atque honestorum cura educatus, priores XIII. aetatis annos vixi domestica ipsorum tutela securus. Cum

enim, infantia vix egressus, puerili iam cupiditate litteras amplexus essem, ac quotidianis fere precibus parentes adissem, ut dies meos soli litterarum studio dicari paterentur; huic tandem desiderio haud amplius resistentes, animi meum primis scientiarum elementis in Lyceo Loebauensi imbui curarunt. Ac sedulus quidem ibi interfui lectionibus latinis, graecis atque hebraicis; nec distitor, haud parum me debuisse viris doctis, GITTELIO, BECKELIO et HEINITZIO, qui linguarum oeconomiam doctrinasque sacras, rhetoricas, historicas, philosophicas, ac Romanas antiquitates diligenter et erudite tradebant. Verum litterarum thesauros uberiores hauriendi cupidus, scholam illam Loebauensem, quam VII. annos continuos frequentaueram, reliqui, ac a. MDCCCLXXVII. eo quidem animo Lipsiam profectus sum, ut scientiis potissimum sacris vacarem, neque tamen reliquas negligere. Hic, civitatem Academicam, b. FRANCKIO tum temporis Rectore magnifico, adeptus, philosophiae primitias operarum consecraui, et ad scholas PLATNERI accessi; quo duce non solum Logicen et Metaphysicem quinque permeaui, verum etiam, ut pernoscerem, quid ratio de honesto ac inhonesto praecipere, quonam deinde vinculo animus cum corpore coniunctus teneri videretur, quibusque denique fundamentis sensus pulchri nitetur, Philosophiae morali, Anthropologiae atque scientiae Aestheticae studii. Iisdem vero ac sequentibus semestribus cunctis scripta veterum Philosophorum, Rhetorum, Historiographorum ac Poetarum altius penetrandi, et, quam complectuntur, sapientiae ac prudentiae abundantiam eruendi et discendi copiam largissimam dederunt MORVS, ERNESTIVS ac b. CLODIVS; cui posteriori, praeterea et Mythologiam et monumenta, quae prisca artifices effinxerant, referenti, adfui. Neque a scholis abesse potui BURSCHERI, modo historiam Ecclesiasticam vniuersalem, modo inclitam illam eiusdem periodum nouissimam, in quam cecidit sacrorum Christianorum reformatio, enarrantis. Ipsas vero doctrinas sacras puriores debeo doctis Mori praelectionibus exegeticis, quibus per IX. semestria interesse licuit, atque dogmaticis, nec non DATHIO, libros Veteris Testamenti hebraicos interpretanti. Nec minus arriserunt scientiae Mathematicae, quas PORZIUS atque GEHLERVS, et principia Iuris Naturae, quae SAMMETIVS me edocuit. Posteaquam autem integrum quinquennium in haece et alias, quas meo Marte tractare nitabar, scientias impenderam, fructus laborum perpetuorum, et alii et mihi utiles,

utiles, percipere gestiebam. Ac mihi quidem *BAWMANNVM*, iuuenem bo-
 nae atque egregiae indolis, instituenti munus contigit, de quo adhuc dum
 merito mihi gratulor. Hoc munere vero cum per quadriennium functus
 essem, meque insuper per annum adhuc in *Vniuersitate Lipsiensi* eiusdem iu-
 uenit socium et comitem praestitissimam, ad memet ipsum denique rediit, castris-
 que sacris, in quibus antea militaueram, ob varias easque grauissimas ra-
 tiones relicto, ad castra *Themidis* transgressus sum. Vbi quidem, ut olim
 cum laude stipendia mereri possem, summo cum studio audiui *WIELAN-*
DIVM, principia *Iuris Ciuilibus* vniuersalis tradentem, et *BIENERVM*, qui,
 praeter *Institutiones Iustinianicas* et *Pandectas*, *historiam etiam Iuris ciuilibus*
Romani illustrabat; cuius quidem facta postea, *SAMMETIO* repetente, se-
 cunda vice, nec non, eodem referente, sortes *Iuris Canonici* atque *Germanici*
 priuati memoriae mandauit. Accesserunt deinde utilissimae ac suauissimae
 doctrinae iurium, quae *Ecclesiam*, *crimina* et *conditionem ciuium Imperii*
Germanici priuatam concernunt, quaeque, *SCHOTTIO* docente, didici.
 Neque minus placuerunt profueruntque ea, quae *RAY* de feudis, *VITTMAN-*
NVS de cambiis, *KINDIVS* de iure patrio atque ordine, quo causas coram
 iudice agi mos est, *EINERTVS* porro de arte causarum referendorum ac de-
 cidendarum, atque denique *SAMMETIVS* de publico Imperii Germanici statu
 et necessitudine, quae inter Imperatorem et Ordines Imperii intercedit,
 exposuerunt. Sed nec praetereundi sunt labores, quibus *SAMMETIVS* vi-
 res ingenii et iudicii, iuri *Iustiniano* interpretando idoneas, corroborare et
 augere tentauit, dum partim *Regulas Iuris* explicare speciesque, ad quas
 illae applicari debeant, detegere, partim ipsarum legum *Romanarum* equi-
 uocum docere, partim denique diuitias doctrinarum *Iuris ciuilibus* *Romani*, quae
 in scriptis recentiorum eiusdem iuris interpretum latent, singulas ipsorum
 scholas recensendo aperire annitebatur. Haec vero scholas antequam frequen-
 tare desissem, ab Amplissimo *Philosophorum Ordine* anno *MDCCLXXXVIII*
 summos in *Philosophia* honores consecutus. septimanis aliquot post auctori-
 tate *Illustri ICtorum Ordinis* solennem *Dissertationem* de legato debiti, pro-
 prio *Marte* conscriptam, Praefide *Viro Illustri D. RAY* defendi. Qua ha-
 bita, ab eodem *Ordine Illustri*, posteaquam examine, quod vocant, pro
Candidatura tentatus eram, *Baccalurei iuris* vtriusque honoribus exorna-
 tus euasi. Denique, quod praeterea addo, sub initium anni *MDCCLXXXIX*
 aliam *Dissertationem* *historicam* super iure *primariarum precum* eiusque exer-
 citio

xxx


*ctio Amplissimi Philosophorum Ordinis auctoritate publico virorum docto-
rum examini proposui.*

Hos igitur doctissimos candidatos, postquam vterque in examine, quod vocant, riguroso expectationi nostrae omni ex parte satisfecit, priorque *d. XXVIII. Maii* huius anni *diff. de ordine succedendi in Serenissima Gente Saxonico-Albertina*, alter autem *d. VII. eiusd. mensis Commentat. suae de iure primariorum precum eiusque exercitio* partem secundam in auditorio Ictorum, vterque sine praefide, publice defendit, et Conf. WEISSIVS super *Tit. X. de feud. et Tit. C. ad L. Iul. de adult.* Conf. MÜLLERVS autem super *c. 30. X. de Rescript. et l. vn. Cod. de cad. tollend.* lectiones publicas instituit, Doctores iuris vtriusque creatos nostrisque adscriptos, atque haec omnia more maiorum rite peracta fuisse, maioris fidei causa hocce programme, sigillo collegii nostri firmato, significamus. P. P. ipso Fest. S. Trinitat. MDCCLXXXIX.

L I P S I A E


EX OFFICINA SAALBACHIA.












ULB Halle

3

005 475 171





9960

ORDINARI
 SENIOR ET RELIQUI
 FACULTATIS IURI
 LIPSIENSIS
 PROCANCELL
 IOS. LVD. ERN. PÜ
 I. V. D
 CATHEDRALIS ECCLESIAE NVMBVRGENSIS
 PROF. ORDIN. ET COLLEG. ICTOR
 SVMMOS IN IVRE P
 CVM SPE
 SVO TEMPORE LOCVM IN
 OBTINENDI
 PRAECLARISSIMIS CANDID
 M. CHRISTIANO ERNES
 LIPSIENSI
 ET
 M. IOANNI GOTFRIDC
 LVSATO
 D. VI. IVNII MDCCL
 COLLATOS
 INDICVNT

